

Johann Nikolaus Hontheim von


**Gränzen-Bemerkung des Erzstifts auch Churfürstenthums Trier und der St. Maximinischen R. Herrschafft Freüdenburg : Extractus ex Tomo III. Historiae Trevirensis Diplomaticae (Rmi. Epis. Ab Hontheim, 1750)**

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], [1750?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1684108667>

Druck Freier  Zugang





~~St. XI. II. 6.~~

36. 3.

H. Schröder.

Sc-254'7.

Gränzen : Bemerkung  
Des Erzstifts auch Churfürstenthums Trier  
und  
der St. Maximinischen R. Herrschafft Freudenburg.

Extractus ex Tomo III. Historiae TREVIRENSIS  
Diplomaticae (Rmi. Episc. AB HONTHEIM, 1750).

CHOROGRAPHIA TREVIRENSIS  
ECCLESIASTICA et CIVILIS.

§. I.

Cum intet reliquas Curas haec quoque Nos decuerit, ut Historiae nostrae Diplomaticae Volumina Mole, quantum fieri possit, aequalia prodirent, atque eade causa hic Tomus tertius à Novo Saeculo ordiri, et ab eodem, pro Instituti nostri ratione, Frontispicium nancisci haud valuerit, hinc extra ordinem illud petendum fuit: Sed neque huic loco commodum magis, neque argumento, quod tractamus, propius, assignari posse visum est, quam *topographicam Delineationem nostrae Archidioecesis, praecedentium Saeculorum felici Successu in eum, quo nunc est, Statum redactae.* Hac uno veluti Obtutu, hauriemus varias Divisiones, in quas Treviratus, sive pro commodiore *Regimine Sacro*, inde ab antiquissimis temporibus, sive pro *Administratione civili*, à Saeculo potissimum XIII., in certos Districtus seu Circulos distributus noscitur. Nimirum *Ecclesiastica* Partitio secundum *Archidiaconatus* facta est, qui deinde subdividuntur in Decanatus, seu Capitula ruralia, certo Paroeciarum numero, nunc majore, nunc minore, composita. *Politica* in *Satrapias*, sub quibus Civitates, Oppida, Villae continentur. Ratione non planè aliena ab antiquis Pagis patriis, quos Tom. I. Differt. Saeculo VIII. praemiss. §. III. et seqq. simili topographica ratione exhibuimus. At has speciales Divisiones generalior aliqua absorbet, quae totam Archidioecesin in superiorem et inferiorem partitur, quaeque in omnibus Negotiis, sacris et civilibus, Usum habet. Superiorem autem ab inferiori Archidioecesi fecernit Rivus Eltz infra Caradunum, prope Kern, Mosellâ absorptus.

§. II.

Atque ut ab Ecclesiasticâ Partitione faciamus Initium; In quinque Archidiaconatus universa, quâ patet, Archidioecesis dividitur. Horum I. est *Archidiaconatus major*, seu *S. Petri*, II. *S. Lubentii* in *Ditkirchen*, III. *S. Castoris* in *Cardona*, IV. *Longvionensis S. Agathae*, V. *S. Mauriti* in *Tholey*. Sub primo seu majori Archidiaconatu *S. Petri* (qui secundum Mosellam à Trevirorum Metropoli descendendo, per Eiffliam fines Luxemburgicorum, circum legendo iter, complectitur) sunt Decanatus seu Christianitates quatuor: scilicet etc. etc. etc.

§. III.

Archidiaconatus *S. Lubentii* in *Ditkirchen*, dignitate secundus, Trans-Rhenanus est, et inferioris Archidioeceseos. Amplitudine sua nec hodie ulli cedit; Quamquam quae novissimis temporibus iisdem in partibus invaluit Protestantium Principum potentia, ejus Auctoritatem in multis Paroeciis suspendit. Numerat tamen sub duobus Decanatibus, *Ditkirchen* et *Engariensi*, in sacris Catholicis et Treviricis, complures Parochias. Nimirum etc. etc. etc.

§. IV.

Tertius Archidiaconatus *Cardonensis*, à *Cardona*, nobili supra Confluentiam ad octavum Lapidem Romanorum Vico, titulum sustinens, per *Ripuariam* in *Eiffliam*, ad Montem regalem usque, per *Definitionem* verò *Hunnicam* ad *Rhenum* supra *Wesaliam* sese effundit, praecipuam inferioris Dioecesis partem, *Cis-Rhenanam* scilicet, suo stringens ambitu; Tres sub se

Decanatus recenset: Cellensem, Ocktentunckium, et Boppardiensem; quorum prior superioris, reliqui duo inferioris Archidioecesis sunt etc. etc. etc.

§. V.

Cardonensem Archidiaconatum quarto loco sequitur *Longvionensis*, per Luxemburgicam Ditionem ac Leodiensium, Rhemensium, ad Lotharingorum Terras sese effundens, Decanatus septem complexus: Luxemburgensem, Longvionicum, Ivodiensem, Baseillensem, Juvigniensem, Arlunensem, et Merschensem etc. etc. etc.

§. VI.

Postremus Archidiaconatum, qui *Tholeyensis* est, inter Mosellam ac Saravum amnem, ultraque hunc versus Orientem extensus, ac Lotharingiae Palatinatusque versus Austrum, Luxemburgorum verò Fines versus Meridiem tangens, in quatuor Capitula ruralia dividitur: Perlense, Remigense, Marcetatum, et Wadrilense. Horum primum, *Perlense*, his constat Parochiis: Altorff ad Niedam, Bebersdorff. Besch. Büdingen. Contz. Fremersdorff. FREUDENBURG (a). Gerelfangen. Gros-Hemmersdorff. Hackenberg. Harlsdorff. Herbringen. Inna. Kerlingen, Kerperich, Hemmersdorff. Kirchnaunem. Kirsch. Laumersfeldt. Launsdorff. Liesdorff. Littorff. Mallingen. Manderen. Monderen. Nennig. Neunkirchen. Oberlaucken. Perl. Portz. Rettel. Reimlingen. Saarburgum. Sara-Ludovicum. Syntz. Syrck. Schwerdorff. Tavern. Tettingen. Tünsdorff. Uderen. Walderfangen. Waldtwies. Weiler ad S. Crucem. Winckringen. In *Remigenfi* sunt: Wasserlürsch. Temmelts. Comitum Machera. Machrum. Nittel. Donwen. Wormeldingen. Lenningen. Remig. Remmerschen. Ganderen. Beurem. Simmingen. Püttlingen. Mondorff. Dahlen. Wald-Bredemus. Mutfurt. Ottingen. Hoftert. Santweiler. Conseren. Altzingen. Weiler ad Turrim. Frisingen. In *Marcetano*: Ober-Emmel. Hamm. Comlingen. Contz. Wittingen. Irsch. Pellingen. Henteren. Zerff. Losheim. Wahlen. Nunkirchen. Limpach. Bettingen. Hydersdorff. Lebach. Eppelborn. Udelfangen. Wiesbach. Eyweiler. Heisweiler. Cotterthal. Puttlingen. Reisweiler. Schwarzenholtz. Saarwellingen. Holtzweiler. Rhoden. Schwalbach. Bous. Fölcklingen. Dillingen. Pachten. Nalbach. Düppenweiler. Reinsbach. Hanstatt. Beckingen. Biezen. Marcetum. Ibidem Parochia ad S. Gangolphum. Denique in *Wadrilensi*: Oppidum S. Wendalini. Waltrach. Morscheid. Schöndorff. Schillingen. Thomm. Farsweiler Osburg. Reinsfeld. Beuren. Rascheidt. Geusfeldt. Hermeskeil. Nonweiler. Wadrill. Weiskirchen. Confeldt. Hasporn. Tholey. Waderen. Lockweiler. Mettenich. Neunkirchen. Exweiler. Castell. Bliesen. Bleiderdingen, vulgò Hobbstetten. Freysen. Tholey. Marpingen. Wolfersweiler. Birckenfeld. Oberstein.

§. VII.

Ufus hujus Divisionis duplex est, etc. etc. etc.

§. VIII.

Quam supra §. I. memoravimus, *civilem* Electoratus Partitionem in *Satrapias*, ea Utilitatem habet partim in Politicis, partim in Administratione Justitiae, tum etiam in Domaniis Principis et Collectis provincialibus. De duabus prioribus speciebus variae extant Ordinationes Principum nostrorum, quarum potissimas hoc praesertim Volumine edimus. Domaniorum Principis cura per *Satrapias* ita divisa est, ut in quaque extet Cellerarius, cui eorum Administratio demandata sit. In hujus officii originem indagavimus Dissert. in saeculum XII. §. VI. nec non in Dissert. in saeculum XIV. §. III.; Pro Collectione Tributorum in quavis Satrapia Receptor deputatus est, qui à Communitatibus Collecta in Aerarium provinciale infert. Lubet autem ad singulas *Satrapias* descendere.

(a) Parochia *Freudenburgerensis* hic expressè, ceu cognita inter Parochias, *Ecclesisticae Jurisdictioni Trevirensi* subjectas, nominatur, *Archi-Dioecesi* equidem inclusa, non autem *Territorio Electorali*.

*Supremum inter eas in superiori Archidioecesi Locum tenet Sarburgensis (b), nuncupata ab Urbe Sarburgensi ad Saravum Fluvium, quae ejus Caput est. Majori sua parte Ducatu Lotharingico terminatur; Mosellam tamen versus etiam Luxemburgicum respicit (c). Ad hanc Satrapiam, praeter Urbem principalem Sarburgum, pertinent: Schönberg, Lamperten, Britten, Helphant, Brotdorff, Hausbach, Caren, Bacheim, Münzingen, Scheiden, Wahlen, Ober- et Nieder-Zerff, Fromersbach, Crutweiler, Beurich, Neukirchen, Meurich (d), Pfaltzem, Nennig, Eyl, Losheim, Süntz, Hoff-Muncweiler, Kümeler-Hoff, Buschfeld, Kümbling, Nieder-Mennig, Dilimar, Waldholtzbach, Coenen, Bergen, Ockfen, Baltringen, Rommelfangen, Düppenweiler, Tavern (e), Ihrs, Risenthal, Ober- et Nieder-Söft, Sidlingen, Collers-Leucken, Essingen, Faba, Ober-Mennich, Crettenach, Saarboltzbach, Biltzingen, Greimerath, Nieder-Losheim, Trasheim, Perdenbach, Reslingen, Biebelhausen, Henteren, Cummeren, Mannebach, Schuden, Coemlingen, Koerich, Nieder-Sähr, Hoff-Benrath, Hamm (f), Filtzen, Oppen, Kirff, Cettingen, Bollsdorff, Röhlingen, Ober-Leucken, Serg, Portz, Pellingen, Kellen, Waberen, Leucken, Bauren, Basseringen (g). Porro praeter ea, quae ad hunc Baliviatum propriè pertinent, Sarburgensis Satrapa Electoris jura in Dominio Marcetano et Sargavia (quae Trevirensi cum Lotharingo, nunc Gallo, communia sunt) administrat (h).*

Sarburgicae vicinior Satrapia *Grimburgensis*, Lotharingiae pariter et Baliviati Birckenfeldensi (quem tanquam ceterioris Comitatus Spanheimensis partem Palatino-Birckenfeldensis, et Marchio Badensis pro communi obtinet) nec non Rhingraviati contermina; Sub hac: Grimburg, Ulmeth, Wadrill, Pöllert, Mittel-Rosheim, Halsborn, Dietweiler, Reinsfeld, Rappweiler, Zwolbach, Malborn, Lascheid, Geveren, Nonnweiler, Cunfeld, Morschholz, Hintzert, Geisfeld, Steinberg, Hermeskaill, Thäilem, Oberswald, Weiskirchen, Holtzeroth, Sitzert, Kell, Rascheid, Gusenburg, Bernfeld, et Mandern. Ad Grimburgensis Satrapae Officium praeterea spectant Electoris Jura in Valle Nalbacensi, nec non Villis ad Sylvam Eberswald dictam, pertinentibus.

Satrapia *S. Wendalini* à Grimburgensi minùs quàm ab aliis remota, undique peregrinis Territoriis cingitur: scilicet Lotharingico, Satrapià Birckenfeldensi, Palatinatu Electorali et Bipontino, nec non Nassovio-Ottweileriano. Sub ea: Urbs S. Wendalini, Rosberg, Reydscheid, Hofborn, Hoffelt, Balersweiler, Mausbach, Forsweiler, Mittelradenbach, Rasweiler, Hettingweiler, Spitzheller, Pintzweiler, Hoff-Heidersberg, Limberg, Eysweiler, Uhrweiler. Haud procul inde dissita Satrapia Blies-Castellana, quam ab Electoratu Trevirensi Comes à Petra tanquam Feudum masculinum recognoscit.

§. IX.

- (b) Nulla ergò ad Saravum Fluvium magis supra jacet Trevirensis Satrapia, quàm Sarburgensis; Dynastia igitur Freudenburgerensis, quae supra jacet, Trevirensis non est Satrapia.
- (c) Satis commodè dicitur: respicit, et non quoque: terminat. Hoc casu Mentio facienda conterminantis Dynastiae Freudenburgerensis, illo cautè evitatur.
- (d) Meurich cum aliis extremis Sarburgensis Satrapiae Villis Faba, Trasheim, Kirff et Serg finitima est Dynastiae Freudenburgerensi, sicut Britten et Saarboltzbach Dynastiae Tabensi.
- (e) Tavern differt à Taben tam Nomine quàm Situ. Oppidum San-Maximinianum Taben magis Saravo Fluvio, Tavern autem Vicus Trevirensis magis Mosellae propinquat.
- (f) Hamm Villa Trevirensis sita est cis Saravum Fluvium propè Conz, aut Hamm Pagus San-Maximinianus trans Saravum per Taben, Rood et Staad conterminatur.
- (g) Nullo undique Verbo vel Arce vel Urbs Freudenburgerensis, nec quodquam Dynastiae Freudenburgerensis Oppidum aut Pagus, neque Castel, neque Hamm (vid f.), neque Staad, neque Taben (vid. e.), neque Rood, etc., multò minùs integra ipsa Dynastia, inter Urbes, Oppida, Pagos et Villas, Sarburgensi Satrapiae subiectas, nominantur.
- (h) Cum Dominio Marcetano et Sargavia nullam Dynastia Freudenburgerensis connexionem habens, Pago praesertim purè Lotharingico Weiten illinc interseptus, confinis est Ducatui Luxemburgensi simul et Ducatui Lotharingico atque Electoratu Trevirensi, quorum ullus ibidem quidquam Juris, praeter Jus Aperturae per modum Servitutis Trevirensi Electoratu non magis quàm Ducatui Luxemburgensi pridem in Arce Freudenburgerensi pro Tempore Belli reservatum, nec habet, nec exercet, nec praetendit.

## §. IX.

Ab extremis his Superioris Electoratus partibus (i) ad ipsam Trevi-  
torum Metropolim dilabimur, quae nullius Satrapiae est, sed Electorali Lo-  
cum-tenente, et Senatu urbico regitur, sub ipsa autem Urbe ejusque Regi-  
mine reputantur Olevia, et Villa Sevenich; Vicina Civitati Villa Curenz ad  
Jurisdictionem Palatii Electoralis, quod in Urbe est, pertinet. Proxima  
Metropoli Satrapia *Palatiolensis*, ad utramque Mosellae ripam porrecta,  
ac supra infraque Treviros extensa. In ea praeter Urbem Palatiolensem, tan-  
quam Locum primum, Clüsserath. Lungem. Maering. Naurath. Eysels-  
bach. Erlebach. Löwen-brucken. St. Barbaren. Leiwen. Morscheid. Nieder-  
Kehrich. Casel. Bonnert. Osburg. Heydenburg. Corlingen. Hetzeroth. Cer-  
tel. Contz. St. Matheis. Hentzenburg. Pallien. Farsweiler. Schöndorff.  
Thomm. Merzelich. Hochweiler. Kewerich. Hoff-Lontzenburg. Türnich.  
Schleich. Cutweiler. Feigen. Erang. Becond. Ensch. Filsch. Riveres.  
Schweich. Föhr. Yrsch. Euren. Waldrach. Crittenheim. Zewen.

Satrapia S. MAXIMINI ab ejusdem nominis Monasterio nuncupatur;  
Quippe quod in Locis ad eandem spectantibus varias Jurisdictionum species exer-  
cet, atque adeo etiam Satrapiam nominat, Superioritate tamen territoriali ad  
Electorem, vigore Sententiae Cameralis Anni 1570 pertinente (k). Ea autem Loca  
sunt: S. Maximin cum adjacentiis. Lonquich. Mertesdorf. Grünhaus. Tar-  
forst. Fell. Ober-Emmel. Detzem. Bredydt. Lörseh. Naurath. Büdelich.  
Schönberg. Riol. Lorscheid. Herll. Pölich. Fastevau. Ex villa Ruver, quan-  
tum à sinistra Rivi situm est. Kenn. Issel. Schweicher-Fabr. (l).

Habet et eodem ferè jure Praepositura S. Paulini juxta Treviros nonnul-  
las Villas Superioritatis Trevirensis, quae more peculiaris Satrapiae reguntur  
ab Officiato, quem Praepositus deputat; Hae Villae sunt: Löwen, S. Paulin,  
Angl. Casel. Metzdorff. Lorig. Ruver. Sertzenach. Mertesdorff. Mahr.

(i) Inter específicas has extremas Trevirensis Electoratus Superioris Partes nequam me-  
morata *Freudenburger* Dynastia, omnino extra easdem, sicut supra, situata,  
semper inde permanet independens.

(k) Nihil planè, ultra Tenorem Sententiae de Anno 1570, ad Electorem pertinet in Satrapia  
S. Maximini; Neque per impossibile quoddam enarrari poterit natum ex hac Sententia  
Jus in Dynastiam *Freudenburger* plura abhinc Milliarum distans, extra Territo-  
rii Electoralis Fines dudum (1439) hereditariè et in perpetuum, erb. und ewiglich, aliena-  
tam, sicque pro immediato Imperii Allodio per Comites *Sayneses*, tunc (1570) ipsosmet ad-  
huc, possessam, à quibus demum Anno 1589 Abbatia S. Maximini eandem, absque ulla  
alia, quam *Juris Aperturae* Ducatus Luxemburgensi aequè ac Electoratus Trevirensi  
pridem pro Belli Tempore reservati, Exclusionè, cum omnibus Appertinentiis:

Mit Herrschaft, Regalien, Land, Hoch, Mittel, und Nieder-Ober-  
Herrlich- und Gerechtigkeiten zc. Schatzung, Steuern, zc. Geleit,  
Solge, Keyß zc.

titulo onoroso, accedente desuper Caesarea Confirmatione, acquisivit et ita quietè hucus-  
que possedit.

(l) Nunquam Satrapiae S. Maximini incorporata Dynastia *Freudenburger*, sed prout  
noviter emta, ita semper, seu Abbatiales Possessiones reliquae tum immediatae, tum in  
Electoratibus Moguntino, Coloniensi, in Palatinatu, in Ducatibusque Luxemburgico  
et Lotharingico sitae, separata, adeoque adinstar earum, nec hic inter Oppida, Pagos et  
Vicos illam integrantes mentionata, multò minus ullà Juris aut Superioritatis cujusdam  
Electoralis Trevirensis Specie gravata, nec simili quoquam Onere pressa est; Indubiè igitur,  
ut per Comites *Sayneses*, (in Venditionis usque Tempus 1589), independentè à quo-  
cunque, libera et immediata sub Sacro Romano Imperio possidebatur, ita et adstipulan-  
te Trevirensi Archi-Episcopo et Electore, atque ex Plenitudine Potestatis dein  
confirmante Caesare, sic Abbatiae S. Maximini, aequè independentè à quocunque,  
acquisita, nunc per Hanc, longè ultra Saeculum, cum omnimodo et solitario Jure  
territoriali, sub Sacro Romano Imperio possidetur libera et, pragmaticarum Fide Con-  
stitutionum, cum Praerogativis et Emolumentis inde emanantibus, facta Eidem  
rectaque conservabitur

immediata S. R. I. Dynastia.





*Supremum inter eas in superiori Archidioecesi Locum tenet Sarburgensis nuncupata ab Urbe Sarburgensi ad Saravum Fluvium, quae ejus Caput est. ori suâ parte Ducatu Lotharingico terminatur; Mosellam tamen versus in Luxemburgicum respicit (c). Ad hanc Satrapiam, praeter Urbem principalem Sarburgum, pertinent: Schönberg. Lamperten. Britten. Helphant. Idorff. Hausbach. Caren. Bacheim. Münzingen. Scheiden. Wahlen. er- et Nieder-Zerff. Fromersbach. Crutweiler. Beurich. Neukirchen. Meuer- (d). Pfaltzem. Nennig. Eyl. Losheim. Süntz. Hoff-Muncweiler Küm- er-Hoff. Buschfeld. Kümbling. Nieder-Mennig. Dilimar. Waldholtz- n. Coenen. Bergen. Ockfen. Baltringen. Rommelfangen. Düppenweiler. vern (e). Ihrs. Rifenthal. Ober- et Nieder-Söft. Sidlingen. Collers- cken. Essingen. Faba. Ober-Mennich. Crettenach. Saarbholzbach. zingen. Greimerath. Nieder-Losheim. Trasheim. Perdtlenbach. Res- ten. Biebelhaufen. Henteren. Cummeren. Mannebach. Schuden. Coem- en. Koerich. Nieder-Sähr. Hoff-Benrath. Hamm (f). Filtzen. Oppen- f. Cettingen. Bollsdorff. Röhlingen. Ober-Leucken. Serg. Portz- lingen. Kellen. Waberen. Leucken. Bauren. Bafferingen (g). Porro praeter c Balivatum propriè pertinent, Sarburgensis Satrapa Ele- minio Marcetano et Sargavia (quae Trevirensi cum Lotha- o, communia sunt) administrat (h).*


*vicinior Satrapia Grimburgensis, Lotharingiae pariter et pfeldensi (quem tanquam citerioris Comitatus Spanheimensis Birckenfeldensis, et Marchio Badensis pro communi obtinet) aviatus contermina; Sub hac: Grimburg. Ulmeth. Wadrill. Rosheim. Halsborn. Dierweiler. Reinsfeld. Rappweiler. orn. Lascheid. Geveren. Nonnweiler. Cunfeld. Morschholz- eld. Steinberg. Hermeskaill. Thäilem. Oberswald. Weiskir- n. Sitzert. Kell. Rascheid. Gufenburg. Bernfeld, et Mandern. is Satrapae Officium praeterea spectant Electoris Jura in Valle non Villis ad Sylvam Eberswald dictam, pertinentibus.*

*Wendalini à Grimburgensi minùs quàm ab aliis remota, undi- territorii cingitur: scilicet Lotharingico, Satrapiâ Birckenfel- Electorali et Bipontino, nec non Nassovio-Ottweileriano. Wendalini. Rosberg. Reydscheid. Hofborn. Hoffelt. Bal- bach. Forsweiler. Mittelradenbach. Rasweiler. Hettingweiler. zweiler. Hoff-Heidersberg. Limberg. Eysweiler. Uhrweiler. de diffita Satrapia Blies-Cassellana, quam ab Electoratu es à Petra tanquam Feudum masculinum recognoscit.*

§. IX.

*à Saravum Fluvium magis supra jacet Trevirensis Satrapia, quàm Sar- Dynastia igitur Freudenburgensis, quae supra jacet, Trevirensis non*

*dè dicitur: respicit, et non quoque: terminat. Hoc casu Mentio facienda s Dynastiae Freudenburgensis, illo cautè evitatur. aliis extremis Sarburgensis Satrapiae Villis Faba, Trasheim, Kirff et Serg Dynastiae Freudenlurgenst, sicut Britten et Saarbholzbach Dynastiae Tabens- ert à Taben tam Nomine quàm Situ. Oppidum San-Maximinianum Taben o Fluvio, Tavern autem Vicus Trevirensis magis Mosellae propinquat. a Trevirensis sita est cis Saravum Fluvium propè Conz, ast Hamm Pagus inianus trans Saravum per Taben, Rood et Staad conterminatur. ue Verbo vel Arx vel Urbs Freudenburgensis, nec quodquam Dynastiae nsis Oppidum aut Pagus, neque Castel, neque Hamm (vid f.), neque Taben (vid.e.), neque Rood, etc., multò minùs integra ipsa Dynastia, in- Oppida, Pagos et Villas, Sarburgensi Satrapiae subjectas, nominantur. io Marcetano et Sargavia nullam Dynastia Freudenburgensis connexionem ha- praesertim purè Lotharingico Weiten illinc intersepta, confinis est Duca- urgenst simul et Ducatu Lotharingico atque Electoratu Trevirensi, quo- bidem quidquam Juris, praeter Jus Aperturae per modum Servitutis Tre- toratu non magis quàm Ducatu Luxemburgensi pridem in Arce Freuden- o Tempore Belli reservatum, nec habet, nec exercet, nec praetendit.*



5  
6  
7